

Hermann Christoph Engelken

Programma Funebre, Quo, Cum Corpus Exanime Viri Olim Generosi ... Domini Julii Friderici Rassovii, Hæreditarii In Oberhof, Reverendissimæ Abbatissæ Gandersheimensi, Mariæ Elisabethæ, p. m. Et Serenissimo Marchioni Brandenburg-Culmbacensi, Alb. Wolffgango ... Nunc Beati, Tumulo Suo, Solenni Pompa Funerari, An. MDCCXL. Die XIX. Febr. Inferretur ... Atque Cives Academ. ... Obtestatur

Rostochii: Typ. Joh. Jacob. Adleri, [1740]

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1797138146>

Druck Freier  Zugang





Circa 80 Protokolle Privatrecht-Programme,
meist Fideikommiss in dortigen bürgerl. Familien betr.

(Zinsverträge in nobilitierten Familien:


Nettelbladt, Preen, Quistorp, Schoepffer, Schuckmann
ü. d. r.)

82 Stücke

Mk1b Gen - 40
2/3 II

9/1
Hain.
1833.





Handwritten numbers on the right edge of the page, including 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30.


Leichenprogramme, alphabetisch geordnet
nach d. Namen d. gefeierten Person, nebst Sterbejahr.

L - Z

1. Quistorp, Anna Christina, geb. Lenthe. 1753
- 2/3. Luger, Johann Georg. 1748.
4. — — — (Vater). 1751.
5. Mantzel, Kaspar. 1735.
6. — , Maria Justine Margarete. 1742.
7. Schweder, Margarethe, geb. Meyer. 1728.
8. Neusling, Catharina Margareta verh. Pries. 1733.
9. Michelsen, Andreas. 1730.
10. Becker, Catharina Elisabeth, geb. Michelsen. 1744.
11. Michelsen, Christoph Andreas. 1746.
- 12/13. Jaddel, Elsabe Dorothea, geb. Michelsen. 1745.
14. Müller, Karl Ludwig. 1761.
15. Nettelblatt, Heinrich [Vater] 1735.
- 16/17. — — — [Sohn] 1761.
18. Neucranz, Anna Margareta. 1726
19. Niehenck, Joh. Balthasar. 1738.
20. Niemann, Johann. 1746.
21. — , Michael. 1729.
22. Oerthling, Joachim Felix. 1745
23. Meyer, Anna Maria, geb. Pauli. 1738.
- 24/25. Engelsen, Maria, geb. Paulsen. 1738.
26. Petersen, Johann Christian. 1766.
27. Pohn, Wilhelm. 1751.
- 28/29. Pries, Joachim Heinrich. 1763.
30. Quistorp, Hugo Theodor. 1732.
- 31/32. — , Johann Jakob. 1767.
33. — , Lorenz Gottfried. 1743.
34. — , Johannes Christian. 1722.

35. Ressor, Julius Friedrich. 1740
36. Redeker, Heinrich Rudolf. 1716.
37. Richter, David. 1753.
38. Danckwarth, Catharina Emerentia geb. Schaeffer. 1737.
- 39/40. Schaper, Johann Ernst. 1721
41. Scheffel, Heinrich Gustav. 1738.
- 42/43. Schmidt, Jonas. 1745.
- 44/45. Schoepffer, Johann Joachim. 1719.
46. Schuckmann, Heinrich. 1706.
47. Dörcks, Margaretha, geb. Schuckmann. 1731.
48. Schmidt, Isabe Margaretha, geb. Schwabe. 1743.
49. Zeidler, Anna Emerentia, geb. Schwartz. 1729.
50. Senst, Agneta Sophie, 1729.
51. — Hermann Peter. 1728.
- 52/53. Sibeth, Karl. 1734.
54. Sivers, Jakob. 1729.
55. Luger, Christine Elisabeth, geb. Spalding. 1746.
56. Spalding, Johann David. 1757.
57. — Thomas. 1743.
58. Burgmann, Anna Christina, geb. Stein. 1773.
59. Stein, Walthier. 1739.
60. Stever, Johann Kaspar. 1729.
61. — , Johann Valentin. 1755.
62. — , Theodor Mattheus. 1735.
63. Stieber, Georg Friedrich. 1755.
64. Wetken, Catharina Margareta, geb. Stindt. 1743.
65. Stolte, Christian Rudolf. 1680-1731.
66. — — — 1711-1736.
Heinrich Christian. 1715-1736.
67. — , Peter. 1733.
68. Jöppel Margareta Catharina; verh. Oldenburg. 1774.

69. Verpoorten, Theodor. 1728.
70. Weiß, Margaretha Agnes, geb. von Heidenkopf. 1726.
71. Weidner, Johann Joachim. 1732.
72. Weiß, Gottfried. 1697.
73. Wetken, Johann Georg. 1716.
74. Wilde, Joachim. 1737.
75. Weidner, Johann Joachim. 1732.
76. Barnstorff, Anna Margaretha, geb. Willebrand. 1724.
77. Willebrand, Martin Albert. 1746.
78. Stein, Anna Dorothea, geb. Wolff. 1744.
79. Wolfraath, Dietrich Samuel. 1753.
80. Wulf, Catharina Margareta, verh. Stein. 1734.
81. Zaidler, Johannes. 1727.
82. Zinck, Johannes. 1732.



PROGRAMMA FUNEBRE,

QUO, CUM
CORPUS EXANIME

VIRI OLIM GENEROSI, PRÆNOBILISSIMI, ATQVE
AMPLISSIMI,

DOMINI

JULII FRIDERICI
RASSOVII,

HÆREDITARII IN OBERHOF,

REVERENDISSIMÆ ABBATISSÆ GANDERSHEIMENSI,

MARIÆ ELISABETHÆ,

p. m. ET SERENISSIMO MARCHIONI BRANDENBURGO-
CULMBACENSI,

ALB. WOLFFGANGO,

GLOR. RECORD., A CONSILIIS, NEC NON SUMMO AULÆ CÆSAREÆ DICASTERIO
MILITARI A PROCURATIONE, DE SINGULIS FUNCTIONIBUS
EGREGIE PROMERITI,

NUNC BEATI, TUMULO SUO, SOLENNI POMPA FUNERALI,
AN. MDCCXL. DIE XIX. FEBR. INFERRETUR,

DIEM MORTIS DIE NATIVITATIS MELIOREM
EX ECCLES. VII. I,

SISTIT,

ATQUE CIVES ACADEM. O. O. FULGIDISSIMOS, HONORATISSIMOS,
AD ULTIMUM HONORIS AC AMORIS OFFICIUM PIE DEFUNCTI
MANIBUS EXHIBENDUM, EA QUA DECET, HUMANITATE,

OBTESTATUR,

HERMAN. CHRISTOPH. Engelcken,

SS. THEOL. DOCT. EJUSQUE PROF. P. O. FAC. THEOL. SEN.

ET h. t. DECAN. ad ÆD. JOH. Past.


hodie Academiæ Rostoch. RECTOR.

ROSTOCHII,

Typ. JOH. JACOB. ADLERI, SEREN. PRINC. ET ACADEM. TYPOGR.



כסר



Uplici haftenus vice per celerem illius tempestatis, qua Magistratus Academici provincia, auxiliante supremo Numine, functus sum, lugubre praestare debui officium, prima quidem, KRAUELIÆ, secunda vero, SPALDINGIÆ, quarum utraque virtutibus sexum foemininum insigne ornantibus, plane egregiis, coruscavit, sui que sic desiderium excitavit. Sed ecce, cum calamum vix deposui, depositum resumere teneor, funusque solenniter indicere Viri olim Generosi, Prænobilissimi, atque spectatissimi, Dn. JULII FRIDERICI RASSOVII, Hæreditarii in Oberhof, Reverendissimæ Abbatissæ Gandersheimensi, MARIÆ ELISABETHÆ, natæ Principi Mecklenburgicæ, p. m., & Serenissimo Marchioni Brandenburgo - Culmbacensi, ALBERTO WOLFGANGO, glor. recordationis, a consiliis, nec non summo Aulæ Cæsareæ Dicafterio bellico a procuratione, de singulis officiis insigne promeriti, nunc beati.

ti. Et dum funus illud indicendum erat, actutum mentem meam subibant memoratu digna Regum sapientissimi, Salomonis pura, verba, concinna quidem, sed ponderosa, pretiique aurei, Eccles. VII. 1.: *Dies mortis bonus est præ die, quo quis nascitur*, uti quidem versio Sebast. Schmidii habet, cum qua amice conspirat Anglus, transferens: *the day of death is better, then the day of ones birth.* Scriptori incomparabilis hujus libri divino hunc præfixum esse scopum, ut lectorem suum reddere cupiat beatum, & a spuris mundi gaudiis, rebusque omnibus humanis ad DEum, veræ beatitudinis fontem, ad sincerum in ipso gaudium, & placidam in moderamine ac voluntate ejus quietem reducere, tum quoque rebus hujus Seculi fluxis atque caducis tranquille & sobrie frui, ut conscientia gaudeat serena, & letus in vita, paratusque intrepide mori, virtutem veramque pietatem colat, ex vero judicat summe Ven. Lubecensium Præsul, Dn. D. Joh. Gottlob Carpzovius, Fautor noster longe æstumatissimus, in *Introductione in libros Vet. Test. Part. II. p. 216.* Hinc seriam quoque mortis meditationem instituere conducet, *Cap. VII. 1.* a vanarum sic rerum amore eo felicius ad cœlestium bonorum desiderium animos revocaturus attentos. Contendit vero pientissimus Rex v. 1. *diem mortis cum die natiuitatis, diem mortis, quo aliquis finem facit vivendi, cum die natiuitatis, quo aliquis incipit vivere, diem mortis, quo aliquis mundum hunc destituit, cum die natiuitatis, quo aliquis mundum intrat, diem mortis, quo aliquis lucis usura orbatur, cum die natiuitatis, quo aliquis lucis usura donatur.* Contendit hos dies invicem, atque palmam diei mortis præ die natiuitatis deferre non dubitat, inquit: *Dies mortis bonus est, præ die, quo quis nascitur.* In commonstranda cohærentia hujus sententiæ cum immediate præcedentibus admodum desudant interpretes varii. In recentissimis mentem suam sic edisserit M. Christianus Fridericus Bauerus in erlâuterten Grund-Text vom Prediger Salomo ad h. l. p. m. 185: *Kein Oehl riechet so gut, keine köstliche Salbe macht so beliebt, als wenn einer in der Welt den guten Nahmen erlanget, daß er ein gütiger, lieber, milder, sanftmüthiger, und barmhertziger Mann sey, der einem jeden mit Liebe und Bescheidenheit begegne, und ihm das Leben vergnügt und angenehm mache. Wer diesen Ruhm mit ins Grab nimmt, dessen Todes-Tag ist besser, als der Tag, da er erstlich gebohren worden. Es hânget also dieses mit dem vorhergehenden ganz genau zusammen. Man soll um des willen nicht harte seyn, weil ein gütiger Mann zu seyn, angenehmer ist im Leben und rühmlicher im Tode.* Aliter per viam comparationis, negotium hoc expedire studet, B. Seb. Schmidius in *Commentar. h. l. p. 188.*, sequentem subministrans paraphrasin: *O homo! diligenter meditare mortem, nec eam tamen nimium time. Sicut namque fama bona melior est oleo optimo, sic melior est dies beatæ mortis, quam dies laboriosæ natiuitatis nostræ, quam compendiosam circumscriptionem mox p. 201 uberiori verborum apparatu declarare suscipit, scribens: Statuo hæc verba: Et dies mortis melior est, quam dies, quo quis natus est, continere principalem Ecclesiastæ propositionem, quam prior de nomine bono, per comparationem illustrat tantum.* Ponit autem

Ecclesiastes hanc propositionem, ut ad diligentem mortis, quæ hominis miserias finit, in sui bonum & solatium, meditationem adhorretur - -. In verbis itaque subaudimus (1) particulas comparandi, h. m: Quemadmodum bonum est nomen, præ oleo bono; ita etiam dies mortis (bonus est) præ die generari ejus, seu, quo generatur quis. Et videtur Ecclesiastes ea ipsa includere, quæ mortem & consequentia ejus concernunt, ut hic sit sensus: Quemadmodum post mortem hominis melius est nomen, seu fama ejus bona, quam optimum balsamum, quo corpus mortuum conditur: ita ipsa dies mortis melior est die generationis ejus. (2) Suffixum Vav, in הוֹרֵר quidam pro paragogico tantum habent, quomodo otiosum, nec vertendum est. Aliis tamen magis placet, esse pronominale, quod careat nomine, ad quod referatur, in mente Salomonis reservatum. Et similia querunt exempla. Mibi saltem simplicius, si dixerimus, Nomen מוֹת, mors, esse nomen relativum, quod suum correlatum secum importet, licet expresse non ponatur, quod vero hoc loco, sine dubio, homo est: Unde idem est, acsi dictum esset: Et dies mortis hominis præ die generationis ejus. Verum enim vero præsens scriptionis genus haud permittit, ut spatiosum huncce campum ingrediar, nedum operosa emetiar opera, quare mihi pro scopi ratione sufficit, diem mortis a Monarcharum sapientissimo diserte appellari die nativitatis meliorem, in quo breviter enucleando aliquale collocare studium non erit dividia. Paradoxon id primore contuitu videri poterat, ab opinione communi abhorrens, quandoquidem forte non unus, contrarium potius cum amica veritatis amussi concinere existimabit, diem scilicet nativitatis meliorem existere die mortis, quia ille nobis affert vitam, quam hic adimit. Jam vitam consistere in perfectione quadam, argumentari perget, mortem contra in privatione, & inde in solis disco jacere, concludet, diem vitæ, qui perfectionem istiusmodi concedit, præferendum esse die mortis, qui perfectionem illam aufert. Hinc vivere potius optant mortaliū plurimi, quam ex vita discedere, qua de re sic canentem accipimus Admetum, apud Euripidem, in Alceste, v. 969:

Μάτην ἀρ' οἱ γεροντες εὐχονται θανάειν,
 Τήρας ψέγοντες, καὶ μακρὸν χρόνον βίης.
 Ἦν δ' ἐγγυὸς ἔλθῃ θάνατος, εὐδεις βέλεται
 Θνήσκειν. Τὸ γήρας δ' ἐκ' ἐτ' ἰς' αὐτοῖς βαρὺ.

i. e. Frustra senes optant mori, vituperantes senectam, & longum vitæ tempus. Si enim prope veniat mors, nemo vult mori. Senectus vero non amplius iis est gravis. Nodum hunc implexum sic solvere studet excitatus ante Bauerus l. c. p. 186., vestigia secutus Merceri h. l., ut de homine tantum benigno, qui vario beneficentiæ cultu bonam sibi comparavit famam, Salomonem loqui, atque diem mortis ejus meliorem deprædicare die vitæ, cum conspirantibus collaudantium encomiis, mundum relinquit, arbitretur. Verba Viri lingua nostra vernacula ita fluunt: Weil die Ausleger diesen Vers ungleich verstanden, und aller Menschen ihren Todes-Tage haben ihren Geburts-Tage vorziehen wollen;

wollen; So hat die Rechtfertigung dieses Paradoxi, daß der Todt besser sey, als das Leben, vielerley weitgesuchte Erklärungen erfordert. Allein Salomo redet erstlich in diesem Verse nicht von allen Menschen, sondern nur von einem, der als ein gütiger Mann in dieser Welt berühmt wird, oder einen Nahmen erlanget. Zum andern sagt er auch von diesem nicht, daß sein Todt besser sey, denn sein Leben, immassen ja vernünftig, daß wenn ein solcher gütiger, und nützlicher Mann dem gemeinen Wesen entrißen wird, sein Todt ein so grosser Verlust vor dasselbe ist, als sein Leben eine Wohlthat und Seegen war, sondern er redet davon, daß, wann einer so gut und wohl gelebet, daß er recht *deliciae generis humani* gewesen, und wegen seiner Gütigkeit einen guten Nahmen mit ins Grab bringet, so wird alsdann sein Todes-Tag besser seyn, und ihm an demselben mehr Ehre, Ruhm und Lob begleiten müssen, als ihm bey seiner Geburt hat können beygelegt werden. Denn bey der Geburt ist noch ungewiß, was sich einer vor ein Gerichte oder Nahmen in der Welt erwerben werde. Hingegen, wenn einer durch so gutes Wohlverhalten sich recht berühmt gemacht, und solchen guten Nahmen mit unter die Erde bringet; So ist alsdann die Hoffnung erfüllet, und der Ausgang hat das Leben bekröhnet. *At vereor, ut expositio ista omne tollat punctum, quoniam absque necessitate, ad hominem beneficentiae laude coruscum restringuntur, quæ generalius divinus Scriptor effatus est, & propitio jure generalius intelligi queunt, uti ex ante allegata. S. Schmidii commentatione satis elucet. Si R. Salomonem in Perusch h. l. consulimus, exemplis Biblicis is lucem affundere gestit Regis nostri pronunciato, sequentem in modum:*

נולדה מרים אין הכל יודעים מה היא ממה נסתלקה הבאר וכן אהרון
 במן i. e. *Nata cum esset Mirjam, nemo sciebat, quænam esset. Sed cum mortua esset, cessavit fluere puteus. Pariter Aharon cognitus est per columnam nubis, & Moses per Manna. Innuvit nimirum prædictus Raschi, celebritatem majorem ea, qua in vita exsplenderant, post fata contigisse & Mirjam, quod juxta Rabbinos, puteus, qui per quadraginta annorum spatium Israelitis fuerit, ipsa mortua, exaruerit; & Aarons, quia post ejus obitum nubes gloriae recesserint, & Mosi, quia ipso defuncto, cibus cœlestis desierit. At quis non videt, Rabbinicis quisquiliis nos pascere R. Salomonem, adeo ut iis delectari non sit opus. Si itaque totam rem æqua judicii lance expendimus, acquiescere ad depellendum, quod ita videtur, paradoxon, rite possumus in eo, quod miseriis colophonem imponat optatam dies mortis, quibus dies nativitatis latas aperit fenestras. Næ si ad omnimodam nasceremur felicitatem, dum mundum hunc intramus, infelix oporteret habere mortis tempus, quo tantis privaremur deliciis. Quem vero latet? Quem non viva condocet experientia? nasci nos, dum nascimur, ad certissimam calamitatem, fatæque tristitia, quamlibet illa unum magis maneant quam alterum. Auscultemus Jobum, in schola crucis probe exercitatum Cap. XIV. 1.2: *Homo natus est ex muliere, brevis dierum, & satur commotionis. Sicut flos exit, & succiditur, & fugit, sicut umbra, nec subsistit.* Auscultemus Au-*

*Forem Libri Sapientiae Cap. VII. 1. personam Regis Salomonis mentientem: Sum quidem etiam ego mortalis homo, equalis omnibus & prognatus ex terra formati protoplasti, & in primis commate 3: Etiam ego vero cum natus sum, traxi communem aërem, & super similis passionis cecidi terram, prima voce simili omnibus pariter plorans. Auscultemus Senecam Consolatione ad Marciam Cap. X. p. m. 605: Quid opus est partes deflere? Tota vita flebilis est. Urgebunt nova incommoda, priusquam veteribus satisfeceris. Hac cum ærumna dies mortis calamitosos liberat, amœnæ veritati non est non consonum, diem mortis præstare diei nativitatis, quare prudentissimus morum formator Cap. XLI. 2. O mors, ait, bonum tuum iudicium est homini indigenti & destituto viribus, in extrema etate constituto, & distracto inter omnia, & diffidenti, & qui perdidit patientiam, & modo excitatus Seneca all. loc. Cap. XIX. pag. 615 scribit: Mors omnium dolorum & solutio est, & finis, ultra quam mala nostra non exeunt, quæ nos in illam tranquillitatem, in qua antequam nasceremur jacuimus, reponit, & Cap. XX. p. 616. Cogita, quantum boni opportuna mors habeat, quam multis, diutius vixisse, nocuerit. Poterat tamen fortasse alicui dubium adhuc suboriri, qui laudatissimus Regum diem mortis sermone tam disertio anteponat diei nativitatis, cum ratione impiæ cohortis ultimus dies adeo non afferat finem miseræ jucundum, ut potius tunc statim, quoad potiorem partem, nimirum animam, in deterrimum perveniat statum, & quoad alteram, scilicet corpus, pariter tristissimam olim expertura sit sortem, non negante id iudicio rationis, & condocente infallibili verbo revelationis Marc. XVI. 16. Luc. XVI. 23. Job. V. 28. 29: & sexcentis in locis aliis. Dubium hoc eo facilius suboriri poterat, quia libere Cogitantium, vel, vero nomine: Atheorum, omnia proh! hodie plena sunt, qui divinum Salomonem non verentur suæ adnumerare Societati, & in ejus fidem, hoc aliaque ejus effata, eo nequiter trahere, ac si vita post hanc altera non detur, sed die mortis omnia terminentur, quos in ruborem dedit Cel. Dn. D. Carpzovius in *Introduct. in libros V. T. Part. III. p. 228*; Præterea etiam Sociniani resurrectionis impiorum veritatem ex nostro dicto impugnare infelici audent conatu, eo quod alias dies mortis pejor foret die nativitatis. At enim vero omnes difficultatum nebulæ feliciter dispellentur, & Salomoneo pronunciato debitus constabit nitor, modo de die beatæ mortis, quo aliquis vera in Servatorem fide decedit, sermonem hic fieri, observetur, quia DEUS, ratione impiorum, malum dicitur olim in iudicium adducturus Eccl. XII. 14. Hoc enim præstructo, non potest non dies mortis, nempe beatæ, melior existere die nativitatis. Nam die nativitatis in mundum ingredimur originali infecti labe Ps. LI. 7, sed die mortis ab illa evadimus immunes Rom. VI. 7. Die nativitatis adversa fortuna sumit initium Job. V. 7. Cap. XIV. 1. Sed die mortis illa sortitur finem, succedente felicitate sempiterna Apoc. XIV. 13. Die nativitatis derudimur in miseram lacrymarum vallem, ut malo illacrymemus Ps. LXXXIV. 7. Sed die mortis Deus abstergit omnes lacrymas, Apoc. XXI. 4. Quare etiam veterum Christianorum chorus, exequias suas celebrare solitus erat, sequentem Prudentii hymnum canendo:*

Jam

*Jam mæsta quiesce querela.
Lacrymas suspendite matres.
Nullus sua pignora plangat.
Mors hæc reparatio vitæ est.*

Placet adhuc afferre egregia b. Geieri verba, in Commentario in h. l. p. 231: Sicut in die nativitatis producimur in mundi squalidam hanc scenam (1) tanquam peccatorum lepra infecti, (2) peccatis adhuc aliis imposterum operam daturi, (3) multis peccatorum pœnis, morbis, infortuniis, laboribus, vanitatibus strenue subigendi ac macerandi, (4) quotidianis etiam cum Satana, mundo, ac carne concertationibus exercendi: Ita vice versa dies mortis ab omnibus istis nos liberat, ac contra bonis ineffabilibus abundissime beat. Huc mos Barbarorum circa montem Caucasum, qui natos filios lugent, calamitatibus, quæ vitam consequuntur, recensitis; vita vero fundos gaudio prosequuntur, referentes incommoda, quæ cum vita simul obierunt. Quos tamen propterea non licet præferre iis, qui gaudent nato in mundum homine, & rel. Comp. Nic. Arnoldi lucem in tenebris Part. I. p. m. 482. Mentem meam hæc subierunt meditationes, cum floribus sepulchralibus monumentum b. Defuncti Dn. Consilarii RASSOVII, conspergere rogatus sum. Quis enim diem mortis ejus non insigne deprædicandam judicaret præ die nativitatis? cum cunctis, quæ in hoc vitæ curriculo illum excipiebant inquietabantque, incommodorum ac ægritudinum procellis, per beatam emigrationem, feliciter exemptus, & relicto mari tempestuoso, in exoptatum cœli portum delatus sit. Restat itaque, ut pro penicilli mei tenuitate, & temporis, quo circumscribor, brevitate, aliqualem vitæ laudabilissime transactæ, & infectæ mortis beatæ, institutam delineationem. Primam nimirum lucem aspexit DOMINUS CONSILIARIUS NOSTER, *ὄν ἐν ἀγίοις*, in prædio Stuthof, haud procul Rostochii urbe, Anno supra millesimum & sexcentiesimum, octogesimo secundo; Satus est PARENTE spectatissimo & prænobili Dn. HENRICO RASSOVIO, Administratore primum prædicti prædii Stuthof, & postmodum latifundiorum Toitenwinckelienfium, usque ad Annum MDCCVII. Quoniam enim tum notissimæ rerum vicissitudines ingruebant, probatissima, & tot speciminibus declarata Viri hujus dexteritas eo permovit Generosissimam Viduam, Dominam ab HAMMERSTEIN, in summa dignitatis eminentia, vi cujus lingua vernacula Groß-Boigtin salutabatur, constitutam, ut eundem administrando prædio Stienfenburg, vulgo Stintenburg, sito in Ducatu Saxo-Lauenburgensi, benignissime præficeret, quam spartam tanta sustinuit fidelitate, ut ægre Anno MDCCX. dimissionem suam impetraret. Qua tamen obtenta, is actutum, ut filiæ amantissimæ, natu majori, prænobilissimæ Dn. ILSABÆ CATHARINÆ, nuptæ tunc Viro Prænobilissimo atque prudentissimo Dn. ANDRÆ MICHELSEN, initio Senatori Civitatis Rosarum fulgidissimo, & deinceps Consuli meritisimo, eo vicinior redderetur, insimul quoque virgo virtuosissima, natu minima, MAGDALENA JULIANA, sub inspectione prælaudatæ Sororis suæ optimæ, eo feliciter Rostochii educaretur

retur, iisque, quæ sexum foemineum condecorant, imbueretur ornamentis, de procurandis duobus fundis, *Harms, & Bischoffsbagen*, cum Serenissima Principe, & Cœnobii Ruhnensis Regnatrice eminentissima, MARIA ELISABETHA, humillime pactus est, illamque provinciam antiqua ornavit sedulitate. Denique vero, senectute paulatim accedente, quietem anhelare amœnam, negotiis mundanis, animum varie distrahentibus, se subducere, Rostochiumque, cum suavissima sua Conjuge, Matriona integerrima, Domina ANNA CATHARINA GRÄDENERS, MDCCXIII. concedere in deliciis habuit, ut residuam vitæ partem, quam Summum Numen ipsi adhuc esset admensurus, tranquille transigeret, animam suam, adhibita decenti ad mortem præparatione, ad futuram componeret immutationem, inque Redemptore suo dulcissimo penitus conquiesceret; quo facto, senescente *An. MDCCXIX*, ætatis autem *septuagesimo, die Decembris trigesimo*, in cœlestia evolavit domicilia. Ex felicissimo interim, quod cum carissima sua vitæ Socia, coluit, connubio, per tringinta octo annorum spatium protracto, pretiosissimum hoc conjugum par suscepit.

I) BEATE DEFUNCTUM, tanquam primogenitum, unicumque filium,

II) Prælaudatam Dn. ILSABEN CATHARINAM, nuptui collocatam Dn. Consuli ANDRÆ MICHELSEN, quæ tamen paulo ante Mariti exoptatissimi discessum beatum, *mensis Januario, MDCCXIX*, puerperii doloribus succumbens, vitam cum pia commutavit morte, inque Domino placide obdormivit; Ex hoc tamen *Michelsio-Rassoviano* matrimonio prodierunt furculi, neptes, neposque

a) Prænobilissima Domina CATHARINA ELISABETHA MICHELSEN, matrimonio dehinc juncta Viro Maxime Rev. atque Excellentissimo, Dn. D. *Job. Henrico Beckero*, Moralium Professori famigeratissimo, & ad Ædem Nicolai Ecclesiastæ meritissimo, Fautori ac Collegæ meo honoratissimo.

b) Prænobilissima Dna, ANNA MARGARETHA MICHELSEN, conjux olim Viri Experientissimi, ac Celebratissimi Dn. VALENTINI JACOBI MÖLLERI, Med. Doct. & Practici felicissimi, Fautoris mei certissimi, quæ vero *Anno MDCCXXXVII, Wismarie* beate occubuit, & maritum uxore fecit orbem.

c) HINRICUS MICHELSEN, qui Anno MDCCXXXIII. mense Januar, in pubertate, DEO ita jubente, vivorum contubernio exemptus est.

d) Prænobilissima Dom. SOPHIA JULIANA MICHELSEN, Conjux Viri Experientissimi & Amplissimi Dn. CHRISTIANI FRIDERICI STEVERI, Med. Doct. & Practici fulgidissimi, Fautoris & Affinis mei amantissimi,

e) Prænobilissima Domina ILSABE DOROTHEA MICHELSEN, Conjux Consultissimi & doctissimi Dn. JOACHIMI FRI-

FRIDERICI TADDELI, J. U. Doct., & caussarum Patroni splendidissimi, Fautoris atque Affinis mei sincerissimi.

III) Prænobilissimam Dom. MAGDALENAM JULIANAM, ductam, An. MDCCXIX. Maji die decimo sexto, Prudentissimo, & Amplissimo Dn. JOHANNI VALENTINO STEVERO, Civitatis Rostochiensis Senatori atque Protonotario gravissimo, dexterrimo, Fautori meo, Affini, & vicino exoptatissimo, quæ, utpote unica adhuc superstes B. Consiliarii Soror, luctu atque squalore est obsita, tam acerbum Fratris carissimi unici abitum deplorans, plangensque. Erat autem, ut ad PARENTEM Nostri b. Defuncti regediar, is Fratrum suorum natu minimus, cujus

MAJOR NATU, Dn. JOH. FRIDER. RASSOVIUS, Administratorem egit Prædii *Weyfin*, connubii vinculo copulatus cum Dna. GERTRUDE GRABBINS; Sed

MEDIUS NATU, Dn. BALTHASAR RASSOVIUS, in oppido Warinenfi habitationem suam constituit, uxore gavisus URSULA LISCOVIA, ex quo consortio felicissimo, tanquam nepotes, originem traxere hodiernus Consul oppidi Gadebusch, Dn. HINRICUS RASSOVIUS, nec non Dn. JOHANNES HENRICUS RASSOVIUS, J. U. Licentiatus, & Practicus Hamburgensis dexterrimus.

AVUS Nostro in linea paterna contigit Dn. *Henricus Rassoivius* Conductor in præfectura Dobberanensi, qui in matrimonium duxit ILSABEN HAECKERS, Anno MDCXXXIIX, denatam in senectute MDCLXXX. die 4 April; *Filiam* vero CARSTEN HÆCKERS, Senatoris Warinenfis, & DOROTHEÆ KLEINIÆ, natæ *Henrici Kleini*, Mercatoris primarii Wismariensis. *Neptem* porro BALTHASARIS HÆCKERS, Civis & Aurifabri Wismariensis, ac HEDWIGÆ LEVENOVIAE.

Id interim silentio plane prætermittere nolumus, non absque fundamento prælaudati HEINRICI RASSOVII, Fratrem haberi Dn. BALTHASAREM WILHELMUM RASSOVIUM, Præfectum Ducalem Mecklenburgicum in Rehna, & posteris temporibus Consiliarium Camerae meritissimum, cujus æque ac Conjugis ipsius, Dnæ ABEL FLÜGGENS, virtutes tantos de se radios sparserunt, ut earum memoria benedicta nondum sit intermortua. Præprimis vero eapropter commemorandus nobis venit hicce BALTHASAR WILHELMUS RASSQVIUS, quia suum ex fratre nepotem, HEINRICUM RASSOVIUM, b. Defuncti Patrem, haud vulgari complexus est benevolentia, ita ut non solum Procuratorem negotii connubialis amicissimum egerit, sed etiam nuptialem festivitatem in Ducalis Præfecturæ domo adornarit, & postea nunquam non plus quam paterna affectione Neo-Nuptos profecutus sit.

Hujus interim Consiliarii Camerae fulgidissimi *Parents*, &, uti haud aliter præsumendum, b. Defuncti nostri PROAVUS, extitit Dn. LEONHARD. JOH. RASSOVIUS, natus die 5 April. MDCV, constitutus denique, post multa alia, quæ solertia insigni sustinuit, munia,

C

AN.

FRIDERICI TADDELI, J. U. Doct., & caussarum Patroni splendidissimi, Fautoris atque Affinis mei sincerrimi.

III) Prænobilissimam Dom. MAGDALENAM JULIANAM, ductam, An. MDCCXIX. Maji die decimo sexto, Prudentissimo, & Amplissimo Dn. JOHANNI VALENTINO STEVERO, Civitatis Rostochiensis Senatori atque Protonotario gravissimo, dexterrimo, Fautori meo, Affini, & vicino exoptatissimo, quæ, utpote unica adhuc superstes B. Consiliarii Soror, luctu atque squalore est obsita, tam acerbum Fratris carissimi unici abitum deplorans, plangensque. Erat autem, ut ad PARENTEM Nostri b. Defuncti regediar, is Fratrum suorum natu minimus, cujus

MAJOR NATU, Dn. JOH. FRIDER. RASSOVIUS, Administratorem egit Prædii Weyssin, connubii vinculo copulatus cum Dna. GERTRUDE GRABBINS; Sed

MEDIUS NATU, Dn. BALTHASAR RASSOVIUS, in oppido Warinensi habitationem suam constituit, uxore gavisus URSULA LISCOVIA, ex quo consortio felicissimo, tanquam nepotes, originem traxere hodiernus Consul oppidi Gadebusch, Dn. HINRICUS RASSOVIUS, nec non Dn. JOHANNES HENRICUS RASSOVIUS, J. U. Licentiatus, & Practicus Hamburgensis dexterrimus.

AVUS Nostro in linea paterna contigit Dn. *Henricus Rassoivius* Conductor in præfectura Dobberanensi, qui in matrimonium duxit ILSABEN HAECKERS, Anno MDCXXXIIX, denatam in senectute MDCLXXX. die 4 April; *Filiam* vero CARSTEN HÆCKERS, Senatoris Warinensis, & DOROTHEÆ KLEINIÆ, natæ *Henrici Kleini*, Mercatoris primarii Wismariensis. Neptem porro BALTHASARIS HÆCKERS, Civis & Aurifabri Wismariensis, ac HEDWIGÆ LEVENOVIAE.

Id interim silentio plane prætermittere nolumus, non absque fundamento prælaudati HEINRICI RASSOVII. Fratrem haberi

Dn. BAL
Ducalen
filiarium
ABEL
rum me
eapropte
HELMU
RASSOV
nevolen
ciffimur
cturæ de
affection
Huj
haud ali
LEONH
tus deni

Zu P. G. vordr. Aufsatz.

Heinrich Rasso I wird als Bruder des Balthasar Wilhelm Rasso
und damit als Sohn des Leonhard Joh. Rasso bezeichnet; Das ist
falsch, es ist unmöglich. Nach Acten sind er dem Lebermann des Leonhard
F. R., der 1605 74 geboren war, hatte er mit dem einzigen Sohn Balthasar
Wilhelm. Wenn Heinrich R. Jahr 1638 geboren ist, so ist es ja ohne
Möglichkeit, dass er L. F. R.'s Sohn war. Offenbar war er ein Bruder und ein Sohn
des Lottenweines Balzer R. von Tappstedt. Heinrich II also nicht Neffe,
sondern Vetter des Balthasar Wilhelm!

Jr. Gadebusch.

2,70

2,40

An. MDCXXXII. a Serenissimo Duce, ADOLPHO FRIDERICO, Præfectus Neo-Bucoviensis; AVUS autem ipsius, Nostri ABAVUS fuit BALTHASAR RASSOVIUS, telonio Tesperhudensi administrando præpositus, postquam antea in duabus contra Turcarum acies expeditionibus bellicis, sub Serenissimo Duce Saxo-Lauenburgensi, FRANCISCO, stipendia faciens, fidelitatem suam documento non uno comprobasset. Certissimum pariter est, ab incomparabili Conjugum Pari, *Rassovio*, memorato Consiliario Camerae, & *Fluggia*, natales ducere Præfectum Electoralem Hannoveranum, in Burgdorff, in Ducatu Cellensi, præstantissimum Dn. PETRUM NICOLAUM RASSOVIUM, ejusque familiam florentissimam.

ABAVUM, Balchafaris Patrem, *pie defunctus* nactus fuerat, Dn. LEONHARDUM RASSOVIUM, Serenissimi Ducis Brunvico-Lunæburgensis præfectum stabuli spectabilissimum, qui uxorem duxit *Gesche Niehausens*, & postmodum domicilium suum *Hischeram* transtulit.

Pedem jam promoveamus necesse est ad *lineam maternam*.

GENITRICEM itaque laudavit fœminam laudatissimam Dnam. ANNAM CATHARINAM GRÄDENERN.

AVUM in hac linea numeravit Virum probatissimum, Dominum JOACH. GRÄDENER, Pensionarium, quem vocant, in *Pärber*, propè oppidum Rhenam, in *Toitenwickel*, *St. Jacob*, penes Wismariam, *Sievershagen*, *Lenschau* & *Warsau*, qui conjugium contraxit cum Domina ILSABE LÜDERS, Dni. ASMI LÜDERS, Pensionarii *Parberensis* filia. Natus vero est Anno MDCXXXI, mense Jan. & denatus die 28 Febr. MDCXCIV.

PROAVUM lineæ maternæ indeptus est fulgidissimum Dn. MATTHIAM GRÄDENER, variorum Fundorum, ut *St. Jacob* penes Wismariam, *Wischendorff*, *Grossen Kranckau* &c. Administratorem peritissimum, qui matrimonii societatem inierat cum Domina ILSABE JARCHAUEN, nata Domini Consulis Malchoviensis, JOACHIMI JARCHAUEN, & ANNÆ STUDEMANS, neptis vero Prætoris Malchoviensis, Dni. JOACH. STUDEMANS.

ABAVUM, ejusdem lineæ habuit Dn. MARTIN. GRÄDENER, Senatorem oppidi *Grevismölen* promptissimum, cujus uxor MARGARETHA KÖNECKEN, a Cive illius loci optimo procreata fuit. His honestissimis majoribus b. Defunctus temporalem, post Deum, vitam referebat acceptam, quandoquidem, ut jam ante recensuimus, in prædio, *Stuthoff*, Anno MDCLXXXII. die 23. Septembris, felici sidere dias in lucis auras prodiit, a Parentibus, quos jam nominavimus, honoratissimis procreatus. Quemadmodum vero primaria piorum Genitorum sollicitudo in eo maxime versatur, ut infantes tenelli, peccati originalis contagio inquinati, per sacram Baptismi undam abluantur, atque Christo capiti ex voto inferantur; Ita Nostri Parentes Filiolum suum, haud multo post natiuitatem ejus, lavacro regenerationis tingi procurarunt, nomenque ipsi duplex a propriis incomparabilium Patrinatorum, scilicet Reverendissimi atque Generosissimi,

fiffimi, Dn. GEBHARDI JULII a MANDELSLOH, summi Capituli Magdeburgensis Decani eminentiffimi, Hæreditarii Domini in Toitenwinckel, & rel. & rel., nec non illustris ac Excellentiffimi, Dn. FRIDERICI CLATTENII, J. U. Doctoris splendidiffimi, & Dicafterii Provincialis Mecklenburgici Affefforis longe graviffimi, nominibus, mutuo velut sumptum: JULIUS FRIDERICUS, impofuerunt. Neque defiterunt eo omnes movere rudentes, ut Filius hic optimæ indolis a teneris unguiculis, & cum lacte quasi materno, rudimenta doctrinæ Christianæ imbiberet, & ad cognitionem pariter atque venerationem fupremi Numinis perduceretur. Hinc proborum etiam Præceptorum curæ & institutioni eundem commiferunt, in quibus præfertim collaudari meretur Dn. CHRYSANDER, dotibus docendi apprime inffructus, ufufque ac exercitatione ita perpolitus, ut non potuerit non inde uberrimus in difcipulum, fidei ipfius concreditum, redundare fructus. Hac ratione, crefcentibus annis, incrementa quoque *Nofter* cepit in variis fcientiarum initiis, nec non genuino DEI timore, prælucentibus illi optimo exemplo & ipfis Parentibus cariffimis, & Præceptoribus privatis, laudatiffimis, inprimisque ante nominato *Chryfandro*, qui absque officio aliquo in Cœlibatu femper degens, tandem fenio confectus, in Patriam cœlestem commigravit. Quemadmodum vero *bDefunctus* in ludo litterario probe exercitatus, majorem femper difcendi ac in artibus liberalibus indies proficiendi, cupiditatem præ fe ferebat, ita quoque dulcedine muficæ adeo captus fuit, ut fingulis fere diebus *Toitenwinckelio*, ubi tunc Parentes ipfius peregregii commorabantur, Roftochium pedibus ire non reformidaret, hac fini, ut sub institutione incluti tunc temporis Muficorum Artificis, ac Organi pnevmatici in Ædibus Marianis Moderatoris dexterrimi, b. Dn. ROGGENII, fibi non poftremam Muficæ & vocalis & instrumentalis peritiam compararet, probe gnarus, muficam velut ludum animi effe, & a curis vexati requiem. Poft jacta vero, Præceptorum domesticorum opera, difciplinæ ac humaniorum litterarum fundamenta, in notiffimum, quod *Guftrövii* viget, Gymnafium fe recepit, Rectoris tunc illius loci folertiffimi con-
victu & informatione fideli ufus, quo factum effe, ut inffigni cum fœnore inde rediens, ad altiora progredi potuerit, quare Almam no-
ffram Roftochiensem ex amantiffimorum Parentum voluntate, felegit futuram ftudiorum fuorum matrem, feligens eam, ftudiofæ focietatis numero adfcriptus effe, adfcriptus vero non perfonatum fed genuinum agere ftudiofum, in deliciis habuit, quandoquidem *Philofophicas fcientias* præfertim sub auspiciis fumme Venerabilis atque Excellentiffimi, Da. D. ÆPINI noffri, tunc Philofophiæ Doctoris indefeffi, nunc Theologiæ f. Professoris Ordinarii, ac Confiftorii Ducalis Confiliarii celebratiffimi, Fautoris ac Collegæ mei fpecialis nunquam non mellitiffimi; nec non Maxime Rev. atque Excellentiffimi, Dn. M. Petri Beckeri, Mathem. Professoris, Paftoris Jacobæi, & Rev. Minifterii Directoris graviffimi, Fautoris pariter, Collegæ, & Affinis mei jucundiffimi, concatenata prorfus fedulitate, tractare fufce-

pit. Sed in Jurisprudentiæ quoque arcana penetrare in animum induxerat. Licet enim optimi Parentes Theologiæ eum sacræ pia dicassent mente, facile tamen Filio libertatem studium quodcumque aliud honestum eligendi reliquerunt, cum is tanto oneri, quod cordatis verbi divini Ministris incumbit, portando, humeros suos impares fore, sincero profiteretur ore. Hinc ad juris culturam mentem applicuit solertem, atque ad pedes Jctorum illius tempestat, meritis famaque insigne coruscantium, magnique nominis, KLEINII, SCHOEPFFERI, MULLERI, STEINII, sedere cœpit, a quorum doctissima institutione non potuit non indies recedere doctior. Postquam itaque aliquot in nostro musarum emporio exegisset annos, variæque eruditionis merces velut comportasset, incessit eum cupiditas prolubiumque, alias quoque bonarum artium sedes visitandi, atque profectibus sic suis magis magisque consulendi. Quapropter Anno, supra millesimum & septingentesimum, primo, Lipsiensem petiit literarum mercatam, ibique Anno MDCCV. die 2 Aprilis, sub Præsidio Consultissimi Jurium Antecessoris, Dn. D. MICHAELIS HENRICI GRIBNERI, publica n ventilavit dissertationem, qua *Jus legitimandi Principibus Imperii asseritur & vindicatur*, inscriptam nomini celeberrimo fulgidissimi Consiliarii Cameralis, Dn. JOH. ANDR. NIEBAUERI, & recensitam in *novis literariis Germaniæ, Anno 1705*. Quo facto se FCtati Juridicæ Lipsiensi ad Examen, quod dicitur, rigorosum offerre non dubitavit, adeoque, illo laudabiliter exantlato, in numerum Candidatorum Juris receptus est. Lipsienses destituens musas, ad *Halenses* abiit, diligentissime auscultans THOMASIIUM, BOHMERUM, aliosque Jurium Antecessores famigeratissimos. Halensem jam relinquens Academiam, visitatis aliis musarum domiciliis Saxonice, sibi proposuit, favente aura divina, VINDOBONAM, Imperatoris Augustissimi sedem jam diu celebratissimam, contendere, cui quoque instituto Numen cœleste ita benedixit, ut iter illud satis longinquum, Anno MDCCVII. die 2 Augusti, per tractus *Thuringiæ, Franconiæ & Sveviæ* suscipiens, peragratis in simul *Norinberga, Altorffio, Augusta Vindelicorum, Ratisbona*, perlustratisque, quæ in illis Civitatibus conspicienda se præbent, memorabilibus, ultimo commemorata urbe Ratisbonensi, Viennam, ope navigii, tranfretaret, ibique sanus ac incolumis, prima vice adveniret. Liceat nobis hic ex b. Consiliarii *Diario*, in quo varia itineris fata, aliaque notabilia, solerter consignavit, cum benevolo Lectore communicare, quæ ibi de rapido Danubii vortice relata leguntur sequentem in modum.

Link ist die Haupt, und zwar eine kleine, doch sehr schöne Stadt in Ober-Oesterreich, allwo drey Ströhme zusammen stossen. Bey Stein, so der letzte Ort, wo man mäuten darff, und zehen Meilen von Wien belegen, ist der grosse Donau-Strudel, der nicht eben gefährlich zu passiren, wenn man nur vernünftige, und unbesoffene Schiff-Leute hat, insonderheit, wenn das Wasser hoch ist, mag man gemächlich über alle Strudeln, und Würbel hin fahren, und gehet der Strohm alsdann so starck, daß man in einer Stunde 2 Meilen zurück legen kan. Man erzehlet, daß von dem grossen Donau-Strudel ein kembahrer Pfal von Eichen-Holz
ver

verschlucket worden, und in dem schwarzen Meer allererst wieder ausgeworffen sey.

In hac imperiali urbe b. Defunctus, per aliquot annorum spatium subsistere voluit, & in primis felicitatis suæ partibus nunquam non numeravit, quod in notitiam intimiorem pervenerit, Viri illustris, Dn. a SCHLEGEL, Serenissimo Electori Saxoniae a Consiliis, & supremo Senatui Cæsareo Aulico a procuratione. Et quia ipsi Coniux contigerat fœmina præstantissima, genere HEIDENRIEDERIA, ex terris Mecklenburgicis orta, adeoque eandem cum b. Defuncto patriam agnoscens; amicitia inter SCHLEGELIUM, & hunc NOSTRUM magis firmata, arctiori cohæsit glutine, neque nisi tristâ disrupta fuit obitu. Interim cupiditate laudabili, remotiores adhuc terras, regionesque alias diffitas percurrendi, flagrabat b. Consiliarius. Nimirum non nescius erat illius Platonis effati in Axiocho: *παρεγρημια τις εστιν ο βιος. Vita est quedam peregrinatio.* Hinc peregrinationem instituere gestiebat, longaque emetiri itinera, ut eo melius spirituales nostræ peregrinationis memoriam instauraret, ac non incolas nos esse in mundi hocce diversorio, sed hospites tantum, recordaretur. Quare Anno supra millesimum & septingentesimum octavo, Decembris die duodecimo, societatem iniens cum Dn. KELNERO, Gedanensi, per *Stiriae ac Carinthiae tractus*, profectus est *Venetiam*, urbem, quæ famam suam per totum terrarum orbem dispersit, oculosque omnium in se convertit. Hic ea tempestate, cum deliciæ, Quadragesimalia tempora antecedere solitæ, peragerentur, Regia majestas Danica, FRIDERICUS IV, glor. mem., commorabatur, in cuius comitatu splendidissimo cum offenderet per-illustrem Dn. Lib. Baronem a SÖHLENTHAL, hodie in Aula magnæ Britanniae Delegatum excellentissimum, suum olim Commilitonem Academicum, & nunc Patronum certissimum, ita *Nostro* licuit esse felici, ut ejus benignissima procuratione non unum perciperet itineris suscepti fructum, aditumque ad rariora oculorum oblectamenta visenda, quæ forte alias *Nostro* obventura non fuissent. Præterea id tanquam aliquid valde notabilis & in Italia inusitati, expertus est, quod hyemis austeritate glacies ita fuerit concreta & consolidata, ut super aquas gelu firmatas *Mestram* exspatiari potuerit, de quibus omnibus *ipsum Nostrum* in Diario, de 30 Decembr. 1708. auscultare non pœnitebit:

Auf dem Wege von Treviso bis Mestre ist der Weg nie ledig, und hat man an beyden Seiten die herrlichsten Palatia mit ihren Wein- und Lust-Gärten für Augen. Die Weinrancken sind an Ulmen oder Fruchtbringenden Bäumen angebunden, und formiren gleichsam lauter Allées, in deren Inbegriff das Getreide zu sehen. Wie wir jenseits Pontebba zwischen den grausamsten Felsen waren, funden wir ferner nicht den geringsten Schnee mehr, und zu Deniaho stach uns die Sonne auf den Kopf, wie in Teutschland im Frühjahr, und präsentirten sich dem Gesichte mitten im Winter allerhand grüne Rancken, und Blumen. Alleits es verwandelte sich die Scene gar gewaltig, wie wir zu Venedig ankommen, allwo ein so strenger Winter einfiel, als nicht in 800 Jahren daselbst zu spüren gewesen,

D

ima

inmassen ich selbst par Curiosité von Venedig bis Mestre über Eys spazieret bin, und für ein Körbel Holz, dessen im Camin eine Menge darauf ging, 4 Lire bezahlen müssen. Die Anwesenheit Ihr. Königl. Maj. von Dänemarck, machte diesesmahl das Carneval angenehmer, als gewöhnlich war, indem die Nobili di Venetia selbige mit Bals divertirten, dergleichen auch in Sr. Majestät Pallast, dem Herrn Pisani gehörig, gehalten, und alle Forastieri, die Welschen allein ausgenommen, gelassen, auch zum Tanz mit aufgefodert wurden. Anfänglich ließen Ihre Maj. alle Nobili admittiren. Als aber durch die Vielheit der Leute einige defordres entstunden, und gar etliche silberne Geschirr unsichtbar wurden, ließen Höchst Dieselben eine geschlossene Gesellschaft für etwa 2. grosse Tafeln nur einladen, worunter Mesdames Bentivoglio, Moccenigo, und eine schone ungenante den Vorzug hatten, und ward hernach fast nichts den Englisch gestancket. Die Regharte ist ein Fest, das die Gundelieri mit einem prächtigen Wetlauff im grossen Canal bis St. Croce feyren. Hiezu werden die stärcksten Kerl ausgesuchet. Sonst stellet man dis Exercitium bis Ostern aus. Weil aber der König bald fortreisen wolte, ward es dismahl im Carneval zum Vorschein gebracht. Nach der grossen Ochsen Heze auff dem St Marx Platz am Giovedi Grasso, oder Donnerstag vor der Fasten, und dem Gauckel-Wercke mit denen Castellani, und Nicolaiten, wird endlich noch am hellen Tage, nach unser Uhr um 4. Nachmittags, ein Feuer-Werck aus schlechten Raqueten bestehend losgebrant, und die Narrethey damit beschlossen. Der Bachanten im Carneval sind allhie von keinem Werth, und alsdenn darff auch jederman einen Habiti di Nobili anlegen. Posirlich ist, daß mit einer solennen Procession, mit Vortragung des Venerabilis, welcher alle Grossen assistiren, auf dem grossen St. Marx Plage das Carneval eröffnet, die Masquen vorgeleget, und in einem grossen Saal hinter der Procuratura, Redouten gehalten, und von malquirten Mann- und Weibs-Personen hochgespielt wird. Unten an der Steige ist daselbst ein Stübgen für Nach-Conferenzen. Auch hat man sich vorzusehen, daß man durch unbekante, des Behuff oft preparirte Barquen, denen Mörderin und Meer-Krebsen in den Canälen nicht zu Theil werde. In den Comödien und Opera zu Venedig gehts etwas leichtfertig daher, und jedem Flegel ist erlanbt, nach Belieben zu schreyen, zu singen, pfeiffen, und aus seiner Loge ins Par terre, den Leuten auf den Kopff zu speyen, daß man nichts hören kan. Die Opera aber sind wegen der Musique sehr angenehm, jedoch auch mit dem Geschrey nicht wenig entremeliret.

Ica b. Defunctus vanitatum, ineptiarum, ac impietatum documenta haud postrema, quæ ipse Venetiæ suis usurpavit oculis, nostro pariter conspectui stitit, in quibus omnino præ ceteris non potest non attonitos nos reddere, quod illa profanæ lætitiæ genera, ac opera maligni Spiritus, tempore Quadragesimam præcedente, familiaria, solenni plane processionis ritu, cum prælato ita dicto Venerabili, capiant primordia. Solet alias Clerus Pontificius Venerabile suum, quod vocant, & pro ipso Servatore, ex hostia consecrata, facto, venditare audent, tunc exponere vel anteferre, cum ingruentibus calamitatum fluctibus, a summo Numine gratiam exorare, & cum eo in gratiam redire discupiunt. An ergo ulla ratione comprobari poterit, vitam tam dissolutam religiosa istiusmodi, (ex Romano-Catholicorum sententia), actione initiari, ac sanctam velut declarari? Sed comitemur b. Defunctum ulterius in sua peregrinatione. Nimirum Venetia Paduam commigravit, coactus sic se separare a Comitibus hætenus itineris optimis, Dn. Fischero ab Erlebach, Dn. de Lidlan, Nobili Silesio, Dn.

Dn. MAULIO, Svevo, & Dn. *Kelnero*, Dantiscano. Hic & Universitatis Paduensis memorabilia contemplari, & *St. Antonii de Padua* sacellum præstantissimum curioso spectare obtutu gavissus est. In quadam vero hujus Sacelli parte, non satis lucida, versus dextram, vidit verba hæc aliquo adhuc modo inscripta & legenda: *Quem non vult audire DEus, ipsum exaudiat S. Antonius*, sed sententiam pudendam & Christiano homine penitus indignam: *Plus potest S. Antonius, quam potest ipse Deus*, quoad aliquot vestigia residua adhuc comparere, deliberato tamen studio, visam fuisse deletam, judicavit. En idolomania Pontificia specimen satis horrendum! Dum Noster hic Paduæ hæsit, omnem præter opinionem, collybum quadringentorum Ducatorum indeptus est. Quapropter absque mora, *Venetiam* repetere suscepit, ut in Societate illustrissimi Comitum ab HALLWEIL, stipati Governatore, Ephebo nobili, ac famulo, iter *Romam* versus, olim Imperatoriam, nunc Pontificiam sedem, dirigeret. Et quia Dominum hunc Padua redux, *Venetia* adhuc offendebat, cum eo, Anno MDCCIX, die Martis post Dominicam *Lætare*, per *Ravennam* & *Anconam*, *Loretum* contendit. Hac de re audiamus iterum Nostrum germanica lingua sensa animi sui exprimentem:

Loretto liegt hoch auf einem Berge, und ist ein artig Städtgen. Wir wurden allhie vor Geld gut geschoren. Wir beschaueten, weil der Herr Graf den ersten Tag im Heiligen gebeicht hat, am folgenden, den unsäglichen Schatz, hernach das heilige Haus, in dessen inwendigen man kriechen, und haussen die Degen ablegen muß, weil auch die 2 Schweden, *Lidau*, Herr *Fischer* von *Erlebach* kurz vor uns gestieffelt, darinn erschienen, war in allen Births-Häusern ein Patent affigiret, die Fremden ernstlich durch die Gastwirthe zu warnen, das heilige Haus nicht solcher Gestalt zu entheiligen. Das Marien-Bild mit dem Christ-Kindlein ist mit güldenem Krohnen, Perlen, und Juwelen bedeckt. Der Zierath an dem Leibe von dem feinsten Golde, und größten Edelsteinen, ist unschätzbar. Zur Rechten stehen lauter massiv güldne Kinder rangiret, so hinein geopffert worden, und brennen 12 grosse goldene Lampen unaufhörlich. Der silbernen sehr grossen, auch mittelmäßiger Lampen, habe über 60 gezehlet, welche man alle aufziehen kan, und werden, wenn die obristen ausgebrannt, die untersten Lampen wieder hinauf gezogen. Meine Gefährten liessen allhie ihre Rosen-Kränze aus der Schaale weis hen, woraus das Christ-Kindlein soll gegessen haben. Dis heilige Haus hat inwendig einen Feuer-Heerd, einen Altar, und das Fenster, wodurch der Englische Gruf geschehen, stehet eigentlich in der Kirche. Man findet alle Gassen voll Rosen-Kränz-Krämer, und Births-Häuser, und eine Menge von Bettlern. In der Apothecke aber für Geld geweihte Wachs-Kerzen, und Häublein, sehr gut für die gebährende, auch sterbende Personen u. d. g. Bey unserer Abreise von Loretto, gab mir der Stalliere, oder Stallknecht, einen steetigen Hengst, und wie der Gaul immer rückwärts ging, schlug ihm ein unbesonnener Schurcke mit einem drey Arm dicken Stock aufs Creutz, daß das Pferd sich mit allen vieren bäumend rücklings mit mir niederfiel, dabey mich Gottes Fürscheidung wunderbar errettete, indem ich sofort aus dem Steigreiff kam, und nicht gar unsanfft auf die Seite fiel, mein Degen war davon so krum gebogen, wie ein Fiedelbogen zur höchsten Verwundung aller, die der manege zusahen, und nie gedacht, daß ich lebendig oder gesund wieder auf die Füße treten können. Gott mein Heyl sey gelobet! der allein mein Beschützer gewesen. Hæc ille!

Laureto iter instituit Noster per *Maceratam*, & *Folignum*; ubi Societas hæc se separabat, Comite de *Hallweil Chisum*, b. Defuncto autem cum Mercatore quodam Veronensi, *Spoletum* contendentibus, ita tamen ut *Terni*, ubi præceps aquæ lapsus conspiciendus est, iterum convenirent, sicque felici sidere Romam una contingerent. Loquatur hic pariter Noster. ipse optimus rerum gestarum testis:

Unser Antiquarius war der Abbate Pinarolo, welcher zwar gut teutsch redete, me judice aber sonst eben nicht viel vergessen hatte, und kan ich sein Buch niemand anpreisen. Er empfing jedennoch von jeder Person pro honorario 1 Luis d'Or, welches mit allen Unkosten für jeden sich auf 3 Luis d'Or betrug. Den berühmtesten Componisten Corelli, welcher in des Cardinals Ottoboni Diensten, habe alle Mitwochen auf der Violine spielen gehöret. Seine Eminenz, ein Venetianer von Geburt, war ein ungemeiner gracieuser Herr, der auch so gar die Fremden am Tage der Assemblée, selbst an der Thür des Saals empfing.

Roma, comitatus Domino de LIDLAU, & Dn. Maulio, Gedanensi, per *Terracinam* & *Capuam* iter convertit *Neapolin*, ulterius invisens *Puteoli* decantatas Cæsaris Neronis thermas, nec non notissimum montem *Vesuvium*, qui dimidio milliari distat *Neapoli*, & judice Nostro, nihil visu dignum oculis objicit, nisi immensam copiam terræ nigræ, ac lapidum ejectorum. Hac ratione per *Cajetam*, regressus est Romam, ibi adhuc duorum mensium tempus consumens. Tandem autem Anno MDCCIX. die 7 Jun., usus consociatione illustrissimi Comitis de GUHRLAND, Dn. Baronis a *Klothen*, & Gubernatoris prædicti Comitis, Dn. TELCKIN, Nobilis *Tirolenses*, Roma se contulit versus portum *Liburnum*, *Florentiam*, *Bononiam*, *Venetiam*, & abhinc die 9 Jun. ejusdem Anni, per *Paduam*, *Veronam*, *Tridentum*, *Oenipontum*, in Germaniam, divertens in ditione Dn. Comitis de Gubrland, donec inde abiens, tempestate autumnali MDCCIX. *Viennam* falvus, per DEI gratiam, & incolumis rediret. Intima hic perfundebatur lætitia, cum Amicorum suorum ocellum, Dominum a SCHLEGEL, nec non postmodum, Dn. Fischerum L. B. ab ERLEBACH, omnigena coronatos prosperitate, circumplecti iterum posset, eorumque interatum sibi gratulari favorem. Interim vario quoque negotiorum cumulo velut cingebatur, quoniam in actione forensi, petitionis hereditatis, a Domina Schmidten, ex *Wismariæ* Civitate, Sub-Centurioni nupta, contra Viduam *Reitzgerin*, instituta, rem ita dirigente, Dn. a SCHLEGEL, (qui b. Defunctum tanquam Actricis Contraneum e sinu suo dimittere volebat) Causæ Schmidtianæ Patronum, per omnes in foro usitatas, ita dictas instantias, dexterimum agere non detrectavit, nec minus, vacante munere Procuratoris in summo Aulæ Cæsareæ Dicafterio bellico, illam ipsam provinciam humeris suis, prævio solenni juramenti vinculo, imponi passus est, quo factum, ut, persuadentibus eum Amicorum sincerissimorum primariis, in quibus Dn. a Schlegel Nostro in depositione mortalitatis, intimo cum hujus mœrore, anteivit, ab Anno supra millesimum & septingentesimum, nono usque trigesimum septimum, per viginti octo anno,

annorum spatium subfiterit, mellitiffimique ipsius Parentes interea temporis diem obierint supremum. Detinebat *Nostrum* præterea in Viennensi metropoli, propria Parentis solertiffimi caussa, cujus, lente tamen procedentis, curam in se fuscipere tenebatur. Accessit illud felicitatis genus, quo Reverendiffima Abbatiffa Gandersheimensis, MARIA ELISABETHA, orta ex domo principali Mecklenburgica, haud diu post mundum beate destituens, pariter atque Sereniffimus Marchio Brandenburgo-Culmbacensis, ALBERTUS WOLFGANGUS, S. Majestatis Danicæ regnantis, Frater, & S. Cæsareæ Maj. Imperator bellicus gloriosiffimus, p. m. *Nostrum* Consiliarii sui, non nomine duntaxat, sed ipsa re effulgentis, dignitate, clementiffime condecorare dignati sunt, quandoquidem b. Defunctus in Annum usque MDCCXXXIV. tam splendidam provinciam laudatiffima exornavit sedulitate, donec prædicto temporis articulo, in acerrimo, prope *Parmam*, Italiæ urbem notiffimam, prælio, Sereniffimus hic bellæ Dux perstrenue hostium impetus sustinens, globo trajectus, heroicum, in lecto honoris, dimisit spiritum. Celsiffimus autem *Marchio* tam insigni b. Defunctum prosecutus est clementia, ut, cum Heros ille fortiffimus, sub militiæ Imperatore *de Wachtendonck*, in expeditione contra rebellantes Insulæ Corsicæ incolas, instituta, Chiliarchæ subiret partes, vice plus simplici, litteris propria manu exaratis, *Nostrum* cohonestarit, gladio pretiosissimo deauratoque, nec non, ante ultimum in Italiam discessum, effigie sua, gemmis distincta, benigniffime donarit, quemadmodum etiam huic suo Consiliario redditus trecentorum florenorum annuos clementiffime assignarat. Verum enim vero properandum nobis erit ad ultima, quæ b. Defunctum manserunt, fata. Sicut nimirum per DOMINI SUI SERENISSIMI ex hac vita discessum, lethali velut vulnere fauciatus erat; Ita mœrorem quoque haud postremum persensit, *primum* ex Fautoris sui ingenui, Dn. de SCHLEGEL, (qui in candidæ propensionis testimonium, vi Testamenti, sexcentorum florenorum summam b. Defuncto assignari procuravit, eo quod *hic* pro quotidiano convictu sumptus convivales *illi* vel invito obtruserat) & *deinceps* mox insequenti, Dnæ. de SCHLEGELN, Conterraneæ suæ æstumatiffimæ, tristi obitu, quo factum est, ut crescentibus insimul ætatis annis, & cooperante infirma corporis affectione, magnam experiretur virium subinde decrescantium imminutionem, insimul vero Anno MDCCXXXVI. vehementi vertigine, mox quoque inusitato cordis pulsu, & non uno animi deliquio divexaretur. Quoniam itaque varia *Viennæ* solicite adhibita remedia, desiderato contra tot malorum insultus effectu carebant, spesque sic omnis sanitatis recuperandæ decollabat, cuncta, quæ hætenus ipsi incubuerat, occupatione se expediens, valere jussit veterem suum Amicum, Dominum FISCHERUM L. B. ab ERLECACH, reliquosque, quos relinquere cogebatur, Necessarios, Fautores, alios, & recta, Anno MDCCXXXVII, Mense Septembris, cum optata prorsus aëris temperies austero alias autumno amœnitatem conciliaret singularem, animosque hominum tedderet hilares, per

Wratislaviam & Berolinum, concessit in patriam, ibique sub initium mensis Octobris, advenit, mediocri præditus sanitate. Licet vero, DEI adspirante gratia, ope efficacis, quam Cognatus ipsius, Prænob. Dn. CHRISTIANUS FRIDERICUS STEVERUS præscripserat, medicinæ, ab ægritudine sua convalesceret; Attamen mense Septembris, MDCCXXXIX. in Prædio suo, Oberhof, a febris quartanæ paroxysmis infestabatur, quapropter Kostochium se conferens, manum medicam, Dn. D. STEVERI denuo sentiebat salutarem. Tandem vero febris quartana in Hydropem ac Phthisin degenerante, in ipso febrili affectu, currentis Anni die octavo Februarii, animam suam DEO placide reddidit, An. Ætatis quinquagesimo nono. Sed audiendus hic est sapius cum laude nominatus Dn. D. STEVERUS, sequentem impertiens relationem :

Febris Quartana quamvis per se innocua habeatur, refractarium tamen & pertinax evadit malum, imo sæpe funestum, quando autumnali præsertim tempore homines proventioris ætatis, impuris humoribus scatentes, vel viscerum internorum labe affectos corripit; maxime si alii capitales morbi, ut asthma, hydrops ascites &c. accedant. Talem, memoratis circumstantiis stipatam febrem expertus est Beate Defunctus sub initium mensis Septembris a. p. Quæ, licet circa finem ejusdem mensis inducias faceret, imo debellata jam esse videretur: graviores tamen mox formavit accessiones, & accedente aëris hyberni inclementia pedum, primo tumorem œdematosum, deinde abdominis intumescuntiam, cum pectosis oppletione, verbo, hydropem ascitem induxit, & per semestre fere spatium persistens, ægroti vires plane exhausit, ac tandem, sub ipsa paroxysmi febrilis invasione, placidam acceleravit analysin.

Ita morborum tandem incurfionibus succubuit Vir longiori dignus vita. Ad exteriorum vero corporis aspectum quod attinet, statura præditus erat longa, & instar Cholericorum-Melancholicorum gracilentam præ se ferebat structuram, nigros in capite gestans capillos, oculisque pollens infuscis, vividis, hilaritatem spirantibus & gratiam. Laborum conspiciebatur patiens, promptusque ad quævis officiorum genera proximo præstanda, & quod maximum, timore DEI haud infucato nihil prius habens, aut antiquius. Sane sicut matutinum æque ac vespertinum tempus piis dicare sueverat meditationibus, suspiriis, precibus, collaudationibus DEI, & similibus; Ita tam ante quam post prandium, quadrantem minimum horæ in privatum impendebat religionis cultusque divini exercitium, animam suam, sanguine Christi redemptam, Servatori dulcissimo com-
men-

mendans, & ad beatam se præparans analyfin, quandoquidem vice plus simplici à domestiis suis, inopinato nonnunquam accedentibus, visus fuit in cubiculo suo, flexis poplitibus, demissam fundere orationem. *Viennæ* cum degeret, portus velut erat & refugium peregrinantium Mecklenburgensium, utpote conterraneorum suorum, Neque non ejus multis speciminibus probata sinceritas & exemplaris vitæ ratio ipsos Romano-Catholicorum, tam in eminentia constitutorum, quam infimi subsellii, mentes ita præstringebat, ut eum den ebelichen *Rassow* salutare nulli dubitarent. Et quoniam nemo omnis omnino maculæ ac labis expers vivit, solitus erat *b. Defunctus*, humanas suas infirmitates, quibus præ reliquis sollicitabatur, nævosque, libero profiteri ore, & ingenue hisce veteris Adami concupiscentiis indolere, addereque, se quidem hætenus istiusmodi carnis pravæ tentationes devincere non potuisse, eo tamen per Spiritus Sancti assistentiam, omnes intendere nervos, ut si non plena de illis reportanda esset victoria, saltem inducias quasdam nancisceretur. Quia itaque *b. Defunctus* vera ac seria pœnitentia cum DEO quotidie in gratiam rediit, peccatorum commissorum veniam deprecatus, ac propter cruenta Servatoris vulnera sibi certo pollicitus, prætereaque in novitate vitæ ambulare studens, non potuit non dies mortis ipsius melior nuncupari die nativitatis, quia dum mortalitatem exiit, gloriam cœlestem induit, ac corona vitæ æternæ quoad immortalem animam redimitus fuit, juxta memorabile illud effatum *Apoc. II. 10.* *Esto fidelis usque ad mortem, tum dabo tibi coronam vitæ.* Testimoniò hoc suo satis cordato confirmantem auscultemus jam supra cum laude promerita commemoratum, Religiosissimum DN. BECKERVM, Confessionarium *b. DEFVNCTI* fidelissimum, hisce verbis sensa animi ingenue expromentem, exprimentemque:

Quem sub initium labentis modo seculi Juvenem feliciter efflorescentem studiorumque stadia laudabiliter decurrentem cognavi atque adamavi; postmodum vero, inclarescente inter exteros nominis gloria, Virum ætate gravem, officiorumque dignitatibus illustrem, omni venerationis cultu merito suspexi; Generosum intelligo, nunc vero beatum Dominum Consiliarium RASSOVIUM, per hos ultimos vitæ suæ dies magis me magisque in sui rapuit admirationem atque æstimum. Quum enim primò Eundem vice, nondum quidem lecto adfixum, admodum tamen aegre sese habentem, vocatus inviserem, tot ego fidei, charitatis, speique Christianæ cognovi in Ipso documenta, quot fere verba ex ore Ipsius, pie mecum disserentis, auribus excepi. Deprædicabat enim humillime summi Numinis in se plane non merentem collata benefi-

beneficia, quæ numerum excederent mensuramque. Laudabat præsertim DEum, Patrem Domini nostri Jesu Christi, quod a teneris Ipsum in salutarem, revelatæ veritatis, puriorisque doctrinæ Lutherano-Evangelicæ cognitionem, deduxerit, deductum obfirmaverit, obfirmatum conservaverit in hunc usque diem, ut nullis neque illecebris neque minus a tramite veritatis semel adgnitæ dimoveri animum passus fuerit. Referebat porro: tanti sese hocce divini beneficii genus fecisse semper & adhuc facere, ut conservandæ ac promovendæ suis sumtibus in Parochia prædii sui scholæ puerulorum puellarumque rudium institutioni destinatæ, omnem navaverit operam, navaturusque porro sit, didactrum solvendo, librosque necessarios comparando. Testabatur tandem: corporis hanc infirmitatem, quæcum diu jam fuerit conluctatus, non adgnosceret nisi pro paterna & salutari castigatione, fragilitatisque humanæ admonitione; unde etiam curæ sibi cordique esse, ut quidquid temporis ægri corporis medela sibi relinqueret, lectioni sacrarum litterarum, aliorumque scriptorum Ecclesiasticorum, ad beatam *αναλυσις* animum præparantium, impenderet; satis certus de salute, quam in vulneribus Servatoris sola contriti cordis fiducia quærerat, ex intrinseco S.S. per verbum operantis testimonio & Spiritualis corporis Christi manducatione sanguinisque bibitione, quam ipsam tamen & sacramentali usu propediem, sibi sit confirmaturus & obsignaturus. Quibus ego, ut reliqua silentio præteream, tum temporis auditis, non potui non lætus in DEo, & quietus in conscientia, cum voto salutis sacerdotali, discedere. Ingravescente autem morbo, cum quarto ante obitum die iterum vocatus adcederem, misereque decumbentem, atque redeuntem febrilis paroxysmi impetum patienter exspectantem, deprehenderem; desiderare nec volui nec debui, ut mentem DEo dicatam prolixiori sermone adstantibus mihi declararet; ratus, sufficere & Ipsius & nostris desideris, si adriperet sibi que adplicaret, quæ ex verbo Evangelii, quod potentia est DEI ad salutem omni credenti, sacerdos ego, & ægroti quondam Confessionarius hujus loci, revocarem Ipsi in memoriam. Disservi itaque de prærogativa vere credentium, quibus omnia cederent in bonum Rom. 8. 1 Cor. 3; de

de *πληροφωρία* in cordibus regeneratorum Rom. 8. 2Tim. I; de mortis meditatione optima Christianorum Philosophia Psalm 90. (non tamen ex mente Platonis); de ineffabili moribundorum solatio ex merito atque intercessione Christi; & quæ erant alia, quibus singulis aut silens annuit Noster, aut quædam adjecit, ut liquido constaret, quod quæ dicta fuerant, ad cordis penetralia reposuisset. Sub finem vero sermonis desiderabat Æger, ut, si quid forte opis & refocillationis, ad sacræ synaxeos Usus, auxiliatrix Dei manus concederet, petitioni Ipsius satisfacere nec gravarer nec morarer; Id quod, DEO valente, data dextra promittens, iteratisque precibus bene Eidem dicens, discessi. At enim vero die abhinc tertio horis in meridiem vergentibus, desiderata sacra nunc tandem ministrare jussus cum advenirem, præter omnium expectationem vidimus, quæ mira DEI nostri est gubernatio circa res hominum, quod sensuum pariter & linguæ usus cessaret, ita ut ne unicum quidem perceptionis signum obtineri potuerit, quamvis iteratis expeteretur vicibus. Quare, quod solum nobis supererat, fuis ad DEum Uni-Trinum in Christi nomine precibus, & recitata benedictionis Ecclesiasticæ formula, cum corpore animam moribundi in Manus DEI, devota mente, tradidimus, quæ etiam eundem, quod certissimi speramus, in beatissimas cælestis Paradisi sedes, elapso vix triborio, susceperunt. Sit Nomen Domini, quod fiduciæ nostræ & fundamentum est, & complementum, benedictum in secula!

Quis itaque Nostrò non immotam in Evangelicæ religionis amore constantiam gratularetur, quam multi veritatis hostes expugnare tentarunt? Quis non deprædicaret fidei salutaris & pietatis sinceræ copulam, juxta Evangelicæ religionis ductum, in corde Nostrî habitantem? Quis non eveheret laudibus confessionem suarum infirmitatum ingenuam? Quis non admiraretur perpetuam ad beatum obitum præparationem? Quis denique non iterum iterumque ambabus, quod dicitur, manibus, annueret, diem mortis b. Defuncto, meliorem fuisse die nativitatibus ipsius. Quare finem hic scribendi facturus, sequens adhuc colophonis loco, subjiciam quasi epitaphium:

F


Hic

Hic jacet Vir laudabilis, qui donec vixit, DEO vixit,
neque vivens, mortuus fuit. Qui vero mortuus,
diem mortis meliorem habuit die nativitatis!

A Vobis vero, Cives Academici O. O. æstumatissimi, velis contendo re-
misque, date funeri tam pretioso hoc ultimum amoris documentum,
ut illud frequenti confluxu & comitatu, ad tumulum hono-
rifice deducatis.

Convolutus instituetur, in Ædibus Marianis, hora audita Ima post meridiem.


P. P. sub Sigillo Rectoratus,
Anno MDCCXL. die 19. Febr.






Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



LBMV Schwerin 33
000 184 241





geschlucket worden, und in dem schwarzen Meer allererst wieder ausgeworffen

imperiali urbe b. Defunctus; per aliquot annorum spatium
 re voluit, & in primis felicitatis suæ partibus nunquam non
 avit, quod in notitiam intimiorem pervenerit, Viri illustris,
 SCHLEGEL, Serenissimo Electori Saxoniae a Consiliis, & su-
 Senatui Cæsareo Aulico a procuratione. Et quia ipsi Con-
 tingerat fœmina præstantissima, genere HEIDENRIEDERIA,
 ris Mecklenburgicis orta, adeoque eandem cum b. Defuncto
 n agnoscens; amicitia inter SCHLEGELIUM, & hunc NO-
 M magis firmata, arctiori cohæsit glutine, neque nisi tristia
 a fuit obitu. Interim cupiditate laudabili, remotiores adhuc
 regionesque alias diffitas percurrendi, flagrabat b. Consiliarius;
 um non nescius erat illius Platonis effati in Axiocho: περιπλη-
 τιστὶς ὁ βίος, Vita est quædam peregrinatio. Hinc peregrinationem
 it, longaque emetiri itinera, ut eo melius spiritua-
 nationis memoriam instauraret, ac non incolas
 hocce diversorio, sed hospites tantum, recorda-
 no supra millesimum & septingentesimum octavo, De-
 no, societatem iniens cum Dn. KELNERO, Gedac
 c Carinthiæ tractus, profectus est Venetiam, urbem,
 per totum terrarum orbem dispersit, oculosque
 vertit. Hic ea tempestate, cum deliciæ, Quadra-
 antecedere solitæ, peragerentur, Regia majestas
 CUS IV, glor. mem., commorabatur, in cuius co-
 imo cum offenderet per-illustrem Dn. Lib. Baro-
 HAL, hodie in Aula magnæ Britanniæ Delegatum
 suum olim Commilitonem Academicum, & nunc
 mum, ita Nostro licuit esse felici, ut ejus benignif-
 e non unum perciperet itineris suscepti fructum,
 iora oculorum oblectamenta visenda, quæ forte
 cura non fuissent. Præterea id tanquam aliquid
 in Italia inusitati, expertus est, quod hyemis au-
 fuerit concreta & consolidata, ut super aquas ge-
 am exspatiari potuerit, de quibus omnibus ipsum
 de 30 Decembr. 1708. auscultare non pœnitebit:

wege von Treviso bis Mestre ist der Weg nie ledig, und hat man
 n die herrlichsten Palatia mit ihren Wein- und Lust-Gärten für
 Beinranken sind an Ulmen oder Fruchtbringenden Bäumen an-
 emiren gleichsam lauter Allées, in deren Inbegriff das Getreide
 wir jenseits Pontebba zwischen den grausamsten Felsen waren,
 nicht den geringsten Schnee mehr, und zu Deniaho stach uns die
 Kopf, wie in Teutschland im Frühjahr, und präsentirten sich
 ten im Winter allerhand grüne Hancken, und Blumen. Alleits
 h die Scene gar gewaltig, wie wir zu Venedig ankommen, allwo
 inter einfiel, als nicht in 800 Jahren dasebst zu spüren gewesen,
 D im

